879. c

בג״ה:

De COMPUTO GREGORIANO, Seu Stylo Novo,

DISSERTATIO

Quam

Sub PRÆSIDIO

VIRI Plurimùm Reverendi, Ampliſſimi atq; Excellentiſſimi

DN. ÆGIDII STRAUCHII,

S. S. Theol. Licent. Mathem. Infer. Prof. P. & Hiſtor. Subſtit.

DN. Promotoris, Hoſpitis, atq; Praeceptoris ſui Parentis loco honorandi, amandi

Publicæ & placidæ συμφιλολογούντων collationi ſubmittit

M. WILHELMUS FRESEN,

LÜNÆBURG.

Die XII. Maij, M DC LX. in Audit. Majori.

WITTEBERGÆ,

Literis MICHAELIS Wendt.

Anno M DC LXII.

Q. D. B. V.

§. I.

KAlendarium Vetus, quod Julius Cæſar, uſus miniſteriô Soſigenis Ægytii, primùm propoſuit, Chriſtiani verò Feſtorum annotatione & literarum Dominicalium inventione, in uſum Eccleſiaſticum interpolarunt, ſucceſſu temporis magna contraxiſſe vitia, nemo motus corporum cœleſtium gnarus dubitare amplius poteſt. Primò enim falsò ſupponebatur, annum Solarem Tropicum eſſe præcisè 365. Dierum, & 6. Horarum, atq; ideò Solem luſtri Juliani ſpatio, quod eſt 1461. dierum, periodum ſuam quater abſolvere, quæ hypotheſis annuatim Solaris motus ratiocinia 11. *I.* 5. *II.* excedebat, cum illa nonniſi 365. dierum ſummam, 5. Hor. 48. *I.* 55. *II.* ex accurato Nobiliſſ. Tychonis & Longomont. calculo, exhibeant. Jactô hôc erroris multiplicis fundamentô, non poterant non, quæ iſti innitebantur, ruinoſa eſſe, id eſt, æquinoctia & Solſtitia, ſtata & perpetua in Kalendario Juliano tempora nequaquàm retinere, quin potius anticipare quotannis oportet, quæ anticipatio, elapſis ſingulis 130. annis ferè; dies æquinoctiales & Solſtitiales immutat prorſus, ut vaniſſimè perſvaſus fuerit Soſigenes, Kalendis Januariis Solſtitium brumale omnibus ſeculis futurum eſſe, quemadmodum Poëta hanc Soſigenis ſententiam explicat, quando canit:

Bruma novi prima eſt, veterisq; noviſſima Solis,
Principium capiunt Phœbus & annus idem.

Neq; veritati litarunt veteres, quando Computum Paſchalem ordinaturi, principii loco habuerunt: Æquinoctium, quod Concilii Nicæni tempore in XXI. Martii die hæſiſſe dicitur, eo loci perpetuò manſurum eſſe, quæ certè falſiſſima hypotheſis fuit, ſive quod Patres Synodi diſcrimen inter annum cœleſtem & Politicum omninò neſciverint, ſive quod poſteritas exiguam differentiam, ſed quæ longioris temporis lapſu, magna evadit, liberaliter neglexerit. Cæterùm ad excuſandos veteres facere videtur, quod non ut fidei dogma computum Paſchalem propoſuerint, ſed ut decretum Eccleſiaſticum, probabilitate non carens. Indicat hoc *Athanaſius*, quando in Libro de Symbolo ait: *In negotio Paſchatos placuit Patribus, ut adderetur VISUM EST, ut omnes obtemperarent. De fide verò non ſcripſerunt, viſum eſt, ſed: AD ISTUM MODUM CREDIT CATHOLICA ECCLESIA, & ſtatim ipſa Confeſſio credendi adjuncta eſt, ut oſtenderent, eam non eſſe novam ſententiam, ſed Apoſtolicam, & ea quæ ſcripſiſſent, non eſſe ſua inventa, ſed Apoſtolorum documenta.*

§. 2. Uti Solaris anni quantitas vitioſè à veteribus æſtimata eſt, ita non minus Lunari motui, per hypotheſes ſuas, vim fecerunt, dum & ſibi & aliis perſvaſerunt, Ἐννεαδεκαετηρίδ⊕ ſeu Cycli Lunaris commoditatem hanc eſſe, quod ejus ope harmonia Solaris & Lunaris anni exactè perfici & abſolvi queat, ita quidem, ut XII. Cycli Lunaris anni communes intelligantur, reliqui ſeptem Embolimæi, ſeu conjunctim 235. Lunationes comprehendant. In quo negotio denuò errarunt Computiſtæ veteres, & cum pleriq; ſacra obierint munia cœleſtis pietatis peritiores fuerunt, quam aſtrorum motus. Etiamſi enim Solaris annus 365. dierum & 6. horarum ſpatio præcisè finiretur, (quod falſum eſſe jam antea dixi) nondum tamen cum veritate conveniret axioma hoc; Novendecim anni Solares æquantur 235. Lunationibus, ſeu 19. annis Lunæ-Solaribus. Nam ê Solarium annorum reſolutione patet, ſummam provenire 6939. dierum & 18. horar. Menſis autem Lunaris, cum ê Tychonis demonſtratione ſit 29. dier. 12. Horar.

44*I*. 3*II*. 9*III*. exhibebunt 235. Lunationes non niſi 6939. Dies, 16. Hor. 32*I*. 10*II*. 15*III*. Unde denuò apparet, priorem ſummam excedere poſteriorem 1. H. 27*I*. 39*II*. 45*III*. ob quam differentiam oportet novilunia & plenilunia à priſtinis terminis receſſiſſe.

§. 3. Quare cum neq; Æquinoctium vernum XXI. Martii Die accideret amplius, neq; termini Paſchales, quos numeris Cycli Lunaris priſca ætas adſcripſit, decimam quartam Lunam monſtrarent, & ob has cauſas Paſcha Chriſtianorum, contra Canones Concilii Nicæni, non proxima Dominica poſt Plenilunium Paſchale, ſed ſæpè in ſecundo menſe anni Eccleſiaſtici celebraretur, de emendatione tantorum errorum, qui nunc in oculos omnium incurrebant, proximis ab hoc ſeculis, cogitari cœptum eſt. Nam *Iſaacus Argyrus* (quem ſeculo undecimo à Nativitate Chriſti ſcripſiſſe *Johannes Gerhardus Voſſius è Clavio & Blancano* adverſus hiſtoricam veritatem refert, cum è propriis Argyri verbis ſatis appareat, eundem in ſeculo decimo tertio ſcripſiſſe) vitia Paſchalis methodi ſatis animadvertit, unde in ſuo ad Oeneoten D. Andronicum edito libello, paſſim & imprimis cap. XVI. disertè monet, Paſcha nonnunquam ab exacta regula ideò deficere, quod Lunæ ad eundem locum per decem & novem annos Romanos reditus non exactè aſſumptus ſit. Imò Æquinoctiorum quoq; anticipatio Argyrum non latebat, uti id ex iis, quæ in eodem capite leguntur, innoteſcit: *Eſt & alius caſus*, ait, *(quanquàm hoc quidem rarò accidat,) propter verni æquinoctij luxationem. Retrò enim progreditur & ipſum quoq; poſt converſiones annorum, propter eam cauſam, quam dicemus, quæ ita habet: Solem intervallo 365. dierum & quadrantis, ab eodem puncto ad idem reverti pinguius acceptum eſt,* (παχυμερέστερον εἴρηται) *ſecundum verò ſubtilem rationem aliquâ diei portione minus, ut quidem Ptolomæus in Compoſitione ait, trecenteſima; ut autem Perſarum Mathemati & nos Solſtitium per plures dies obſervantes, deprehendimus portionem illam majorem ducenteſimâ parte, quam quidem à diebus 365. & quadrante auferre oporteat &c.* Hactenus Argyrus, ante quem Computi vulgaris vitium animadvertiſſe *Nicephorum*

 Grego-

Gregorum, ipſemet autor eſt, citans ejusdem librum quendam, eruditione plenum, ob quem Nicephorus in populo & in conſpectu Imperatoris, ac ipſius Senatus, & lectisſimorum Eccleſiæ virorum, ab omnibus laudatus ſit. Cæterùm errores, quibus tunc ſcatebat Kalendarium corrigere velle, res altioris indaginis viſa eſt, & Argyrus quidem vitia vitiis compenſare docuit, uti id ê propriis Autoris verbis, quibus conſilium ſuum explicat, ſatis elucet. Conf. *Petav. Varior. Lect. L. VIII. cap. X.*

§. 4. Neq; verò Græci Scriptores tantùm ante aliquot Secula Computi vulgaris vitia taxare cœperunt, ſed & ii, qui in occidente erant, correctionem quandam corrupti Kalendarii optarunt. Floruit enim circa annum Chriſti 1232. Anglus quidam ex oppido Eboracenſi *Holiwod*, quod nunc *Holifax* appellatur, oriundos, & communiter *Johannes de Sacrobuſto* vel *Sacroboſco* diebus, qui edito Computô Eccleſiaſticô Kalendarii veteris multiplices nævos ſatis detexit. Similiter *Johannes de Saxonia* de hujusmodi erroribus multa monuit, ut de aliorum ſcriptorum, qui iisdem floruerunt ſeculis, ſed quorum ſcripta edacitate temporis conſumpta ſunt, laboribus in præſenti non dicamus.

§. 5. Tandem ingraveſcentibus in dies computi Juliani vitiis, in Conciliis de hoc negotio eruditi agere cœperunt. Nam in Synodo Conſtantienſi anno Chriſti 1414. *Petrus de Alliaco Archiepiſcopus Cameracenſis & Cardinalis*, de emendatione Kalendarii egiſſe dicitur ſequenti correctionis modô propoſitô: Cum æquinoctium vernum, quod tempore Concilii Nicæni in XXI. Martii die hæſerat, perveniſſet ad XII. diem Martii, conſultum putavit, æquinoctium in XII. Martii figere, ita ut menſis primus Eccleſiaſticus ſeu Paſchalis is in poſterum haberetur, cujus novilunium proximum eſſet huic XII. diei. Actum de hac re fuiſſe ſtatim ab initio Concilii, referunt, & perſuaſiſſe Cardinalem Johanni XXIII. Pontifici, nec non aliis Epiſcopis, quod bulla & decretum de mutando Kalendario editum fuerit, cujus exemplum adhuc hodie Cameraci aſſervati dicitur. Sed cum ſceleſtisſimus Pontifex tempore ejusdem

Concilii

Concilii fuga ſibi conſuluerit & ab officio tandem remotus fuerit, turbulentô hoc rerum ſtatû correctio Kalendarii omiſſa eſt. Habitum eſt paulo poſt Conſtantienſe Concilium Baſileenſe, ſub Eugenio IV. Pontif. circa annum Chriſti 1431. atq; in eodem denuò de correctione Kalendarii conſultarunt, rem ſtrenuè agente *Nicolao de Cuſa Brixienſe Epiſcopo & E. R. Cardinale, titulo S. Petri ad vincula;* Sed nec ibi, ob diſſenſum Epiſcoporum, in correctionis modo determinando, negotium hoc expediri potuit. Itaq; *Sixtus IV.* (erroneè evocatio hæc tribuitur Innocentio VIII. apud Thuan. L. LXXV.) denuò de correctione cogitavit, ejusdemq; gratia celeberrimum Mathematicum *Joannem*, cognomentô *Mullerum*, ex oppido Franconiæ, Orientalisvé Franciæ, cui Regius Mons nomen, oriundum, & vulgò *Regiomontanum* dictum, Romam vocavit, quem priusquàm adveniret, deſignavit Ratisponæ Epiſcopum, quo ad obſequium in Kalendarii reformatione præſtando, de aliis Mathematicis operibus tunc ſolicitum, eò magis polliceret. Nec fruſtratus forſitan à ſpe fuiſſet Pontifex, niſi præmatura Regiomontani mors antevertiſſet Computi corrigendi curas; nondum enim annô integrô Romæ converſatus, ab invidis quibusdam, & imprimis Trapezuntii filiis, venenum potus extinctus eſt. Quod accedit ſi *Clar. Gerardo Joh. Voſſio* credimus, annô Chriſti 1469. ætatis XXXIII. ſi verò *Petro Gaſſendo* habenda eſt fides, anno Chriſti 1476. ætatis XLI.

§. 6. Dilatam toties è Kalendarii correctionem in ſeculo proximo, non minori vehementiâ, quam antea factum eſt, urſerunt quidam. Nam in Concilio Lateranenſi ſub Jul. II. & Leon. X. ab anno 1512. usq; ad annum 1517. celebrato, de emendatione Kalendarii iterum actum eſt. Eô enim tempore *Paulus Middelburgenſis Epiſcopus Foroſempronienſis* Paulinas ſuas de Paſchate agentes edidit, inſimul præſtantiſſimum ejus ſeculi Aſtronomum *Nicolaum Copernicum Torunenſem Boruſſum*, ad accuratas Solis & Lunæ obſervatione in uſum correctionis Kalendarii inſtituendas, vehementer admonuit. A quo tempore Copernicus Luminarium motibus obſervandis impensè attendit, ut ipſe ſcribit in præfatione Revolutionum ſuarum ad Leo-

nem

nem X. Similiter *Stofflerinus* teſtatur, innumeros tunc fuiſſe, quos Kalendarii emendatio habuerit anxios, quando Prop. 39. inquit: *Paucis decurſis annis plures celeberrimi Theologi & Mathematici, quorum nomina partim me latent, & plures paginas abſumerent, ad Lateranenſe Concilium de vera Paſcha celebratione & Calendarÿ emendatione luculentisſimè ſcripſerunt.*

§. 7. Sed nec *B. Luthero*, concertatio illa de Paſchatos legitimo tempore fuit incognita, unde in tractatum, quem anno 1539. edidit, ſub titulo von den Conciliis und Kirchen & Jenenſes Tom. VII. Germ. inſeruerunt, prolixè de hoc negotio ſuam exponit ſententiam, quam ê propriis Theandri verbis didiciſſe fortasſis neminem pigebit: Es iſt von den höltzern Artickeln des Concilii Nicæni ein Klötzlin bißher glimmend blieben/ nehmlich vom Oſtertage/ denſelben Artickel halten wir doch (wie uns die Mathematici oder Aſtronomi überweiſen/) auch nicht gantz recht/ weil der Gleichtag oder Æquinoctium zu unſer Zeit weit anders ſtehet/ weder zu jener Zeit/ und unſere Oſtern offt zu ſpat im Jahr gehalten würden. Es iſt vorzeiten flugs nach den Apoſteln der Zanck angangen uber dem Oſtertage/ &c. Recenſet deinceps diſputationes Orientalium & Occidentalium, & ſubjungit: Darumb muſt ſich Conſtantinus dieſer Sachen auch annehmen und helffen ſchlichten im Concilio, und ſchrieb aus/ daß man das Oſterfeſt ſolte in aller Welt gleich halten/ lege Tripart. L. 9. c. 38. pulcherrima. Jetzt dürffts wohl wiederumb einer Reformation, daß der Calender corrigirt und die Oſtern zu recht gerücket würden; Aber das ſoll niemand thun/ dann die hohen Majeſtäten/ Keyſer und Könige/ die müſten einträchtiglich zugleich ein Geboth laſſen in alle Welt außgehen/ auff welche Zeit man ſolte den Oſtertag hinfort halten. Sonſt wo es ein Land ohne das ander anfinge/ und die weltlichen Händel/ als

Jahr-

Jahrmärckte/ Meſſe/ und andere Geſchäfften/ nach dem jetzigen Oſtertage ſich richten/ möchten die Leute deſſelben Landes auff einen Marckt eines andern Landes zu unrechter Zeit kommen/ und würde eine wüſte Zerrüttung und Verwirrung werden/ in allen Sachen. Es wäre wohl fein/ auch leicht zu thun/ wo es die hohen Majeſtäten thun wolten/ weil es bereit alles fein abgearbeitet iſt/ durch die Aſtronomos, und allein am außſchreiben oder Gebot feilet. Indeß halten wir das glimmend Höltzlin von Nicæno Concilio, daß der Oſtertag auff einen Sontag bleibet/ es ſchückele dieweil die Zeit wie ſie kan/ dann ſie heiſſen es Feſta mobilia; Ich heiſſe ſie Schückelfeſt/ da Jährlich der Oſtertag mit ſeinen anhängenden Feſten ſich endert/ jetzt frühe/ jetzt ſpat ins Jahr kompt/ und auff keinen gewiſſen Tag/ wie die andern Feſte bleibet. Es kompt ſolches ſchückeln der Feſte daher/ daß die alten Väter flugs im Anfang wolten den Oſtertag haben umb die Zeit von Moſe geſtifftet/ nehmlich im vollen Mond Mertz/ näheſt dem Gleichtag oder Æquinoctio, und wolten doch auch nicht gar Jüdentzen / oder mit den Jüden auff den Vollmond die Oſtern halten / ſondern lieſſen als Chriſten / in dem das Geſetz Moſi fahren/ und nahmen den Sontag nach dem Vollenmond Mertzen. Alſo iſts geſchehen im näheſt vergangenen Jahr/ 1538. haben die Jüden ihre Oſtern gehalten / am Sonnabend nach Invocavit, wie es unſere Kirche nennet/ das iſt wohl fünff Wochen zuvor/ ehe dann wir unſere Oſtern haben gehalten. Solches lachen nun die Jüden/ und ſpotten uns Chriſten/ als die wir nicht recht/ auch nicht wiſſen recht die Oſtern zu halten/ ſtärcken ſich damit in ihrem Unglauben/ das verdreuſt denn nun die unſern/ und wolten den Kalender gerne corrigirt ſehen von den hohen Majeſtäten/ weil es ohn derſelben zuthun nicht möglich/ viel weniger zu rathen iſt. Es

iſt aber meines Erachtens / derohalben geſchehen / wie Chriſtus ſpricht / Matth. 9. Wo man einen alten Rock mit neuen Tuch flickt / da wird der Riß ärger / und wo man Moſt in alte böſe Faſſe thut / da zuſpringen die alten Reiffe / und wird der Moſt verſchüttet. Sie wollen vom alten Geſetz Moſi ein Stück behalten / nehmlich / daß man den Vollmond Mertz ſolt achten / das iſt der alte Rock / darnach wollen ſie nicht demſelben Vollmondstage (als Chriſten / durch Chriſtum / vom Geſetz Moſi gefreyet) unterworffen ſeyn / ſondern den folgenden Sontag dafür haben / das iſt der neue Lappe auff den alten Rock. Darumb hat der ewige Hadder und das ewige Schückeln biß daher ſo viel Weſens gemacht in der Kirchen / und muß es machen biß an der Welt Ende / daß der Bücher kein Maß noch Ende hat können ſeyn. Das hat Chriſtus aus ſondern Urſachen alſo verhängt und gehen laſſen / als der immerdar ſeine Macht in den Schwachen beweiſet / und uns lehret erkennen unſere Schwachheit. Wie viel beſſer hetten ſie das Geſetz Moſi vom Oſterfeſt gantz und gar tod laſſen ſeyn / und nichts von dem alten Rock behalten? Denn Chriſtus auff den es gerichtet war / hats durch ſein Leiden und Aufferſtehen rein auffgehaben / getödtet und begraben ewiglich / den Vorhang im Tempel zuriſſen / und hernach Jeruſalem mit Prieſterthum / Fürſtenthum / Geſetz und alles zubrochen und zerſtöret. Dafür ſolten ſie den Tag des Leidens / des Grabes und Aufferſtehens nach der Sonnenlauff gerechnet / gemercket / und in den Kalender auff gewiſſen Tag geſetzet haben / mit dem Chriſttage / Neuen Jahre / der Heiligen Könige / Liechtmeſſe und Annunciationis Mariæ, S. Johannis und anderer mehr Feſten / die ſie gewiß nicht Schückel Feſte heiſſen / ſo hätte man Jährlich gewiß gewuſt / wenn der Oſtertag und die dran hängen / kommen müſten / ohne ſolche groſſe Mühe und Disputation,

ion, &c. Und ob man fürgebe/weil der Gleichtag oder Æquinoctium, wie die Aſtronomi weiſen/ſeines Orts gehet/ über die Jahre im Kalender zu langſam und nicht gleich mit einkommen/und daſſelbe je länger je mehr/würde der Gleichtag je länger je ferner von dem beſtimten Tage der Oſtern kommen/wie er denn je länger je ferner von Philippi und Jacobi und andern Feſten kömpt. Was fragen wir Chriſten darnach? Wenn gleich unſere Oſtern umb Philippi und Jacobi kämen/(welches doch für der Welt Ende nicht geſchehen wird/wie ich hoffe) und noch weiter/ halten wir doch alle Tage Oſtern mit der Predigt und Glauben von Chriſto &c. Aber das iſt nun längſt und von Anfang verſeumet/daß wir ſolches nicht können anrichten/ weil es die Väter nicht gethan haben/der alte Rock iſt immer mit blieben/ſampt ſeinem groſſen Riß/ſo mag er nun fort auch alſo bleiben/biß an den jüngſten Tag/ Es iſt doch nun auff der Neige/denn hat der alte Rock bey 1400. Jahren ſich laſſen flicken und reiſſen/ſo mag er ſich vollend auch laſſen flicken und reiſſen noch ein hundert Jahr/denn ich hoffe/es ſoll alles ſchier ein Ende haben/und haben die Oſtern nun bey 1400. Jahren geſchückelt/ ſo mögen ſie fortan die übrige kurtze Zeit auch ſchückeln/ weil doch niemand darzu thun will/und die es gern wolten/ nicht thun können. Solch weitleufftig und unnöthig Geſchwätz thue ich allein darumb/ daß ich meine Meinung damit will angezeiget haben/ob etliche Rotten ſich mit der Zeit würden aus eigner thurſt unterſtehen/das Oſterfeſt anders zu rücken/weder wir jetzt halten. Und ich halte wo die Wiedertäuffer ſo gelehrt wären geweſen in der Aſtronomia, daß ſie ſolches verſtanden hätten/ wären ſie mit dem Kopff hindurch gefahren / und hätten (wie der Rotten Art iſt) auch etwas Neues wollen in der Welt auffbringen/und den Oſtertag anders/denn alle Welt

 halten/

halten/Aber weil es ungelehrte Leute in den Künſten geweſen/ hat ſie der Teuffel zu ſolchem Inſtrument oder Werckzeug nicht brauchen können. Darumb iſt das mein Rath/ man ſoll das Oſterfeſt laſſen gehen und halten/ wie es jetzt gehet und gehalten wird/ und den alten Rock laſſen flicken und reiſſen (wie geſagt) und das Oſterfeſt ſchückeln hin und her/ biß an den Jüngſten Tag/ oder biß es die Monarchen einträchtiglich und zugleich endern/ angeſehen dieſe Urſache/ &c.

§. 8. Cœterùm continuatis litibus, & de Kalendario veteri querimoniis, in Concilio Tridentino iterum de hoc negotio actum eſt, *Petro Pittato Veronenſi* præter innumeros alios ſententiam ſuam Concilio exponente. Meminit hujus Pittati *Conradus Gesnerus* in Biblioth. univerſ. atq; de eodem refert, quod ediderit Almanach Novum ſuperadditis annis V. ſupra ultimas hactenus editas Joann. Stöffleri Ephemeridas, &c. Quâ occaſione Pontificii negotium, quod ad univerſum Romanum Imperium & Reges Chriſtianos ſpectabat, uni Pontifici commiſerunt, decernentes *Seſſ. XXV.* Breviarii emendationem ſolius Romani Pontificis judiciô atq; auctoritate terminandam & evulgandam eſſe. Duo autem in Breviario corrigenda videbantur, uti ipſemet Gregor. XIII. in Bulla ſua perhibet, unum preces, laudesq; divinas, feſtis, profeſtisq; diebus perſolvendas, complectebatur, alterum pertinebat ad annuos Paſchæ, feſtorumq;, ex eo pendentium, recurſus, Solis & Lunæ motu metiendos. Neutrum horum emendavit Pius IV. Pontif. R. cui in fine Concilii Cardinalis à Lotharingia acclamavit: *Beatiſſimo Pio Papæ, & Domino noſtro, ſanctæ univerſalis Eccleſiæ Pontifici, multi anni & æterna memoria!* Impius enim Pontifex tantùm in voluptates pronus fuit, quæ ipſi ſupremum diem accelerarunt, juxta proverbium, quod teſte *Thuanô* Lib. XXIX. ad annum 1565. de Pontifice dictum eſt: *Per eandem partem corporis animam profudit Pius, per quam acceperat.* Hujus autem Succeſſor Pius V. priorem ſaltem Breviarii partem emendavit, quô factô hujusmodi encomium, teſte

Platina,

Platina, promeritus eſt, ut inter tres Pontificum claſſes, in optimo ponendus judicetur, nempe & *Sanctiſſimus & prudentiſſimus* fuerit.

§. 9. Tandem itaq; Gregorius XIII. Pontifex Romanus ſeriò de Emendatione Kalendarii cogitare cœpit; Sicut enim is annô 1572. Pontificatum adeptus, primis Epiſcopatus ſui annis bello Turcico intentus fuerat, ita animum ad emendationem Kalendarii ſimul adjecit & convocatis quampluri-mis, qui Aſtronomiæ Scientiâ hactenus inclaruerant, per decem annos eosdem liberaliter aluit; Hi omnes à Clavio in præfat. Tom. V. Oper. præmiſſ. viri graviſſimi & Doctiſſimi vocantur, credo, quod inter graviſſimos & doctiſſimos Clavius quoq; computari voluerit; Nam ejus præſertim humeris incumbebat Kalendarii correctio, uti *Paulus Guldin.* ſcribit p. 344. Itaq; hi ipſi Paterculi ovis, à Lilio quodam ſuppoſitis, incubantes tandem anno 1577. fœtum ediderunt, quem ſub nomine hoc: *Compendium reſtituendi Kalendarij*, ad omnes Reges, Principes & Academias Catholicam Religionem, quam vocant, amplectentes, miſerunt. Placet de hoc ipſo negotio Gregorium XIII. Hiſtoriam correctionis pertexentem, audire. *Allatus eſt nobis Liber*, (verba ſunt Pontificis) *à Dilecto filio Antonio Lilio Artium & Medicinæ Doctore, quem quondam Aloyſius, ejus germanus frater conſcripſerat, in quo per novum quendam Epactarum Cyclum ab eo excogitatum, & ad certam ipſius aurei numeri normam directum, atq; ad quamcunq; Anni Solaris magnitudinem accommodatum, omnia quæ in Calendario collapſa ſunt, conſtanti ratione, & ſeculis omnibus duratura, ſic reſtitui poſſe oſtendit, ut Calendarium ipſum, nulli unquam mutationi impoſterum expoſitum eſſe videatur. Novam hanc reſtituendi Calendarij rationem exiguo volumine comprehenſam ad Chriſtianos Principes, celebrioresq; univerſitates paucos ante annos miſimus, ut res quæ omnium communis eſt, communi etiam omnium conſilio perficeretur; illi cum, quæ maximè optabamus, concordes reſpondiſſent, eorum nos omnium conſenſione adducti, viros ad Calendarij emendationem adhibuimus in alma Urbe harum rerum peritiſſimos, quos longè ante ex primariis Chriſtiani Orbis nationi-*

halten/Aber weil es ungelehrte Leute in den Künſten geweſen/ hat ſie der Teuffel zu ſolchem Inſtrument oder Werckzeug nicht brauchen können. Darumb iſt das mein Rath/ man ſoll das Oſterfeſt laſſen gehen und halten/ wie es jetzt gehet und gehalten wird/ und den alten Rock laſſen flicken und reiſſen (wie geſagt) und das Oſterfeſt ſchückeln hin und her/ biß an den Jüngſten Tag/ oder biß es die Monarchen einträchtiglich und zugleich endern/ angeſehen dieſe Urſache/ &c.

§. 8. Cœterùm continuatis litibus, & de Kalendario veteri querimoniis, in Concilio Tridentino iterum de hoc negotio actum eſt, *Petro Pittato Veronenſi* præter innumeros alios ſententiam ſuam Concilio exponente. Meminit hujus Pittati *Conradus Geſnerus* in Biblioth. univerſ. atq; de eodem refert, quod ediderit Almanach Novum ſuperadditis annis V. ſupra ultimas hactenus editas Joann. Stöffleri Ephemeridas, &c. Quâ occaſione Pontificii negotium, quod ad univerſum Romanum Imperium & Reges Chriſtianos ſpectabat, uni Pontifici commiſerunt, decernentes *Seſſ. XXV.* Breviarii emendationem ſolius Romani Pontificis judiciô atq; auctoritate terminandam & evulgandam eſſe. Duo autem in Breviario corrigenda videbantur, uti ipſemet Gregor. XIII. in Bulla ſua perhibet, unum preces, laudesq; divinas, feſtis, profeſtisq; diebus perſolvendas, complectebatur, alterum pertinebat ad annuos Paſchæ, feſtorumq;, ex eo pendentium, recurſus, Solis & Lunæ motu metiendos. Neutrum horum emendavit Pius IV. Pontif. R. cui in fine Concilii Cardinalis à Lotharingia acclamavit: *Beatiſſimo Pio Papæ, & Domino noſtro, ſanctæ univerſalis Eccleſiæ Pontifici, multi anni & æterna memoria!* Impius enim Pontifex tantùm in voluptates pronus fuit, quæ ipſi ſupremum diem accelerarunt, juxta proverbium, quod teſte *Thuanô* Lib. XXIX. ad annum 1565. de Pontifice dictum eſt: *Per eandem partem corporis animam profudit Pius, per quam acceperat.* Hujus autem Succeſſor Pius V. priorem ſaltem Breviarii partem emendavit, quô factô hujusmodi encomium, teſte

Platina,

Platina, promeritus eſt, ut inter tres Pontificum claſſes, in optimo ponendus judicetur, nempe & *Sanctiſſimus & prudentiſſimus* fuerit.

§. 9. Tandem itaq; Gregorius XIII. Pontifex Romanus ſeriò de Emendatione Kalendarii cogitare cœpit; Sicut enim is annô 1572. Pontificatum adeptus, primis Epiſcopatus ſui annis bello Turcico intentus fuerat, ita animum ad emendationem Kalendarii ſimul adjecit & convocatis quamplurimis, qui Aſtronomiæ Scientiâ hactenus inclaruerant, per decem annos eosdem liberaliter aluit; Hi omnes à Clavio in præfat. Tom. V. Oper. præmiſſ. viri graviſſimi & Doctiſſimi vocantur, credo, quod inter graviſſimos & doctiſſimos Clavius quoq; computari voluerit; Nam ejus præſertim humeris incumbebat Kalendarii correctio, uti *Paulus Guldin.* ſcribit p. 344. Itaq; hi ipſi Paterculi ovis, à Lilio quodam ſuppoſitis, incubantes tandem anno 1577. fœtum ediderunt, quem ſub nomine hoc: *Compendium reſtituendi Kalendarij*, ad omnes Reges, Principes & Academias Catholicam Religionem, quam vocant, amplectentes, miſerunt. Placet de hoc ipſo negotio Gregorium XIII. Hiſtoriam correctionis pertexentem, audire. *Allatus eſt nobis Liber*, (verba ſunt Pontificis) *à Dilecto filio Antonio Lilio Artium & Medicinæ Doctore, quem quondam Aloyſius, ejus germanus frater conſcripſerat, in quo per novum quendam Epactarum Cyclum ab eo excogitatum, & ad certam ipſius aurei numeri normam directum, atq; ad quamcunq; Anni Solaris magnitudinem accommodatum, omnia quæ in Calendario collapſa ſunt, conſtanti ratione, & ſeculis omnibus duratura, ſic reſtitui poſſe oſtendit, ut Calendarium ipſum, nulli unquam mutationi impoſterum expoſitum eſſe videatur. Novam hanc reſtituendi Calendarij rationem exiguo volumine comprehenſam ad Chriſtianos Principes, celebrioresq; univerſitates paucos ante annos miſimus, ut res quæ omnium communis eſt, communi etiam omnium conſilio perficeretur; illi cum, quæ maximè optabamus, concordes reſpondiſſent, eorum nos omnium conſenſione adducti, viros ad Calendarij emendationem adhibuimus in alma Urbe harum rerum peritiſſimos, quos longè ante ex primariis Chriſtiani Orbis nationi-*

bus delegeramus: ſi cum multum temporis & diligentiæ ad eam lucubrationem adhibuiſſent, & Cyclos tàm veterum, quàm recentiorum undiq; conquiſitos, ac diligentiſſimè perpenſos inter ſe contuliſſent, ſuo & doctorum hominum, qui de eâ re ſcripſerunt, judicio hunc præ cæteris elegerunt Epactarum Cyclum, cui nonnulla etiam adjecerunt, quæ ex accurata circumſpectione viſa ſunt ad Calendarij perfectionem maximè pertinere. Habemus Kalendarii auctorem Lilium, (quem Platina Lælium vocat) à quo Kalendarium ipſum Lilianum vulgò dicitur.

§. 10. Correctionis autem in Kalendario inſtitutæ artificia hæc ferè ſunt: Primò reſtituere conabantur Æquinoctium vernum ad priſtinum, quem Concilii Nicæni tempore occupaverat, terminum, XXI. nempe Martii diem, quod ut ritè fieret, decem dies, inter quartum & decimum quintum Octobris diem, anno 1582. eximendos eſſe, cenſebant Computiſtæ novi. Quare autem in Octobrem adeò ſævierint Paterculi, inculpato ſarcaſmo explicat quidam: Auſm October haben ſie die Tage auff einmahl genommen/weil in demſelbigen Monat etzliche Heiligen mangeln / oder auch etzliche gefunden werden / die man wohl einmahl überhüpffen/ und unverehret weg pasſiren laſſen möchte. Ob aber dieſelbigen Heiligen allerdinge mit dem Bapſt noch heutiges Tages zu frieden ſeynd/wird er in ſeiner Hinfahrt von ihnen oraliter & perſonaliter vermercket haben. Wo es ehrliche Heiligen ſeynd/gläube ich nicht/daß ſie es haben ungerochen gelaſſen. Man gebe Ehre dem die Ehre gebührt/und niemand läſſet ſich gerne unter die Banck ſtoſſen.

§. 11. Quia verò metuendum fuiſſet, ne Æquinoctium, ſucceſſu temporis, denuò à XII. Kal. April. dimoveretur, ſequentem cautionem Pontifex adhibuit; *Ne in poſterum à XII. Kal. Aprilis, Æquinoctium recedat, ſtatuimus Bisſextum quarto quoq; anno, (uti mos eſt) continuari debere: præterquam in centeſimis annis; qui quamvis bisſextiles antea ſemper fuerint, qualem etiam eſſe volumus annum 1600. poſt eum tamen, qui deinceps conſequentur, centeſimi non omnes bisſextiles ſint, ſed in quadringentis*

gentis

gentis quibusq; annis primi quiq; tres centeſimi ſine Biſſexto tranſi-gantur, quartus verò quisq; centeſimus biſſextilis ſit, ita ut Annus 1700. 1800. 1900. biſſextiles non ſint. Annó verò 2000. more conſvetó dies bis ſextus intercaletur, Februario dies 29. continente, idemq; ordo intermittendi, intercalandiq; Bis ſextum diem in quadringen-tis quibusq; annis perpetuò conſervetur.

§. 12. Exemptione dierum X. ex anno 1582. & tridui ê quadringentis quibusvis annis ſubſequentibus, non potuit non Cyclus Solaris cum adſcriptis literis Dominicalibus tur-bari, unde novum cyclum elapſis centum annis adhibere oportuit Computiſtas, de quo negotio in citata bulla ſequen-tia habentur: *Poſtremò quondam partim ob decem dies de Menſe Octobri anno 1582. (qui correctionis annus rectè dici debet) exemtos, partim ob ternos etiam dies, quolibet quadringentorum annorum ſpatio minimè intercalandos, interrumpatur neceſſe eſt Cyclus lite-rarum dominicalium 28. annorum ad hanc usq; diem uſitatus in Eccleſiâ Romanâ; Volumus in ejus locum ſubſtitui eundem Cyclum 28. annorum ab eodem Lilio tum ad dictum intercalandi Biſſexti in centeſimis annis rationem, eum ad quamcunq; anni ſolaris magni-tudinem accommodatum; ex quo litera Dominicalis beneficio Cycli Solaris, aquè facilè ac prius, ut in proprio Canone explicatur, repe-riri poteſt in perpetuum.*

§. 13. Deniq; cum ab initio monitum ſit, Terminos Paſchales non amplius oſtendere Lunam XIVtam, quo mede-lam afferrent huic malo Reformatores, novum Epactarum Cyclum excogitarunt, de cujus fide alibi אי״ה agere ani-mus eſt, in præſenti Pontificiam bullam audiviſſe ſufficiat. *Quo item XIV. Paſchalis rectè inveniantur, itemq; dies Lunæ juxta antiqvum Eccleſiæ morem ex Martyrologio ſingulis diebus ediſcen-di fideli populo verè proponentur; ſtatuimus ut remoto aureo nu-mero de Calendario, in ejus locum ſubſtituatur Cyclus Epactarum; qui ad certam (ut diximus) aurei numeri normam directus efficit, ut Novilunium & XIIII. Paſchalis vera loca ſemper retineant.*

§. 14. Hactenus de occaſionibus, origine & modo cor-rectionis Gregorianæ egimus, reſtat ut de publicatione ejus-dem & publicationem ſecutis diverſis & adverſis mutuò ju-diciis

diciis itemq; Kalendarii novi vitiis quædam addamus. Poſtquam igitur Pontifex Romanus fœtum hunc Cardinalibus & Jeſuitis obſtetricum vices obeuntibus, enixus eſt anno 1581. ſexto Kalendarum Martii Tuſculi eum publicè commendavit & anno ſequente 1582. *Ludovicum Madrutium* Tridentinum Epiſcopum Cardinalem, ad Imperatorem Rudolphum II. Comitia tunc temporis, Auguſtæ celebrantem, transmiſit, ut eidem & toti Romano Imperio hujus Pontificii inventi receptionem perſvaderet. Cæterùm cum ſub exitum Comitiorum demum de Kalendarii emendatione agi cœperit, & Auguſtus Saxoniæ Elector, Glorioſæ memoriæ, communicatis conſiliis cum Wilhelmo Haſſorum Principi, Romanenſium conatibus ſe oppoſuerit, Cæſar negotium hoc diſtulit, & veterem formam hactenus uſurpatam, in Cameræ judiciis, eô annô ſervari mandavit.

§. 14. Uti autem Pontifex Romanus Proteſtantibus tunc perſvadere non potuit, ut Kalendarium receperint, ita felicior fuit in tentandis regnis Pontificiæ religioni addictis. Teſtatur enim Thuanus, eô ipsô annô 1582. Regem Galliæ III. Non. Novembris edictum promulgaſſe, quô poſt Martinalia allatô in Senatum, nemine contradicente, anni novi emendatio promulgata eſt, exemptisq; decem diebus ſancitum, ut qui X. dies Xbris erat, viceſimus numeraretur & ita XV. Dec. Natalis Domini eô annô celebratus eſt. Regis æmulatione, (uti idem Hiſtoricus refert) novus Brabantiæ Dux Franciſcus, ut gratiam Pontificis ea re aucuparetur, etiam à Proteſtantibus in Belgio, Arauſionenſis interventu, obtinuit, ut ea anni emendatio reciperetur, & exemptis pariter X. diebus, XV. Decembr. XXV. numeratus eſt, eôq; die Natalis Domini celebratus fuit, quod in Batavis, Friſia Occidentali, ac cœteris Provinciis locum habuit. Tantum in Sicambris & Ultrajecti adhuc Vetus forma ſervatur, quod ante Franciſci obitum ab ordinibus civitatis & Provinciæ promulgatio facta nondum fuiſſet. Similiter anno ſequente 1583. à Cæſare & aliis Imperii ordinibus Romanenſium Religioni addictis, idem Kalendarium approbatum & receptum eſt. Conf. *Limn. de J.P. t.1. l.1. cap.13.*

§.16. Ju-

§. 16. Judicia de hac Kalendarii emendatione diverſiſſima & adverſa prorſus circumferuntur. Pontificios quidem illam vehementer commendare omnibus notum, atq; id minus mirum eſt, nam & informes catulos amant matres. Ab ipſo Pontifice Gregorio hoc encomium accepit Kalendarium novum, quod in eodem, omnia ad quamcunq; anni Solaris magnitudinem accommodata, omnia item, quæ in Kalendario collapſa erant, conſtanti ratione & ſeculis omnibus duraturâ, reſtituta ſint, ut Kalendarium ipſum nulli unquam mutationi in poſterum expoſitum eſſe videatur. Similiter à Clemente VII. in Bulla Tom. V. Op. Clavii præfixa, Kalendarium perfectum & perpetuum inſcribitur. A Chriſtophoro Clavio res ſapientiſſimè & feliciſſimè confecta dicitur, ut innumera alia encomia taceam. Quid multis? Miraculis Kalendarium hoc divinitùs approbatum eſſe, ſcribere non verentur. Ita enim *Johannes Baptiſta Ricciolus* in præfat. Almag. *Teſtis eſt cruor ille nobilis, qui Neapolis quotannis coram venerando S. Januarÿ Martyris capite liqueſcens ebullit, die 19. Sept. ſed illâ, quæ in Kalendario Gregoriano eſt XIX. anticipato per decem dies miraculò, perinde ac ſi ſangvis in Romanæ fidei teſtimonium ſemel profuſus, iterum ac ſæpius pro Romanæ fidei autoritate fundatur. Sed & arbuſcula quædam in Svevia, quam in honorem triplicatæ virginitatis Mariæ, ante partum, in partu, & poſt partum ſemper virginis B. Brigitta, nocte ante Chriſti Domini Natalitia in hortulo ſuarum Monialium plantavit, orandoq́; impetravit, ut ejusdem noctis diſtinctis horarum intervallis frondeſceret, floreret, ac fructificaret, ſingulis annis prodigium illud ſolita renovare nocte Xbris inter 24. & 25. diem intercedente Kal. Greg. illo ipſo an. 1582. qui primus fuit reparationis, ac deinceps ſemper eſt obſecuta.*

§. 17. Nequaquàm verò putandum eſt, omnium Pontific. eandem mentem de hoc negotio fuiſſe. Nam eo ipſo tempore, quo de Kalendarii emendatione, conſilium à Pontifice editum eſt, ipſi Romanenſes quoq; ſententiis diſcrepare

 cœperunt,

cœperunt, quarum aliquot penes *Thuanum Hiſtor. L. LXXV.* leguntur; *Speronius* enim admodum jam ſenex, ſed acri judicio prædītus, in conſultatione, Patavii inſtituta, tantùm ſtata tempora in anno conſtituenda cenſebat, & ut æquinoctia ac ſolſtitia certa eſſe debebant, ſic Paſchatis celebrandi certum definiendum tempus: ejus autem deducendam eſſe perpetuò rationem à conceptu Chriſti, quæ ſolenniter in VIII. Kalend. April. incidit, ita ut die illa Dominica Paſcha celebraretur, qui vel ſit viceſimus quintus Martii, vel viceſimum quintum proximè antecedat, vel proximè conſequatur. Alii, & in iis *Matthæus Macinus* & *Joſephus Moletius Moſſanenſis*, amplius remedium adhibendum cenſuerunt, ut uterq; annus & naturalis & civilis corrigeretur & cum Æquinoctium vernum tempore conceptionis Chriſti inciderit in VIII. Kal. April. nunc verò ſit inter X. & XI. Martii, XIV. dies detrahendos eſſe, diemq; viceſimum quartum Martii, ad decimum & viceſimum quintum ad undecimum reducendum. Rurſus in modo reducendi ſententiis variatum fuit; Nam quidam exiſtimarunt, id ſpatio duorum annorum fieri debere, ut VII. Menſes, qui in anno XXXI. dies habent, in iis duobus annis tantum XXX. dierum eſſent. Alii eam ſubtractionem commodius fieri poſſe dixerunt, ſi in LVI. annis proximis intercalatio omitteretur. *Moletius* autem, cui præcipuè hujus diſquiſitionis Senatus Venetus negotium commiſerat, cenſuit, ut vel principium Januarii inciperet à XVIII. Decembris, vel XV. Februarii primus dies Martii putaretur, de cœtero in futurum peritum aliquem Aſtrologum conſtituendum eſſe, qui Æquinoctium vernum diligentiſſimè obſervaret, ut Dominica poſt Plenilunium quod proximè ſequeretur, Paſcha celebraretur, ac ſi Dominica caderet in Plenilunium, caveretur, ne Judæorum exemplo Paſcha in Plenilunio celebrantium, tanti myſterii ſolemnia peragerentur. *Junctinus* à Pontifice conſultus XI. Dies ſemel anno eximendos cenſebat, ac deinde ſingulis CXXX. annis diem unum itidem eximendum. *Albertus* item *Leoninus* Ultrajectenſis, edito libello XI. dierum abjectionem probavit, ſed poſt CL. annos exactos, diem unum eximendum

dum contendit. Alii aliter reſpondebant; E quibus omnibus ſatis apparet, emendationem, quam tunc meditabantur Pontificii, omnibus non placuiſſe, ut oporteat Gregorium inſignem mendaciloqvum fuiſſe, dum in Bulla verè bulla aſſeruit, ad novam hanc reſtituendi Kalendarii rationem à ſe ad Chriſtianos Principes, celebrioresque univerſitates miſſam, *omnes concordes reſpondiſſe, & ſe omnium conſenſione adductum*, idem Kalendarium promulgaſſe. Dicam amplius: Poſteaquam à Pontifice Kalendarium Novum confirmatum fuit, additis in Bulla verbis ſequentibus: *Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtrorum præceptorum, mandatorum, ſtatutorum, voluntatis, probationis, prohibitionis, ſublationis, abolitionis hortationis & rogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis* DEI, *ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum;* Poſtquam, ajo, à Pontifice Kalendarii novi receptio omnibus ſub anathematis pœna demandata fuit, inventi nihilominus ſunt, inter ipſos Pontificios quoque, qui Correctores Romanenſes graviſſimorum errorum, in emendatione hac commiſſorum, audacter poſtularunt, uti illud ex iis quæ à *Johanne Latos* Aſtronomiæ Profeſſore Cracovienſi, *Benedicto* & aliis diſputata ſunt, ſatis apparet. Imò annô 1600. *Franciſcus Vieta Gallus* Relationem Kalendarii verè Gregoriani ad Eccleſiaſticos Doctores conſcripſit & Pontifici Maximo Clem. VIII. exhibuit, edidit item Canones in Kalendarium Gregorianum & ſimiles tractatus, in quibus omnibus hoc unum agit, ut demonſtret, Clavium & aſſeclas ejusdem Kalendarium malè correxiſſe, & ne intellexiſſe quidem Aloyſi Lilii anni reformandi rationem. Quô ſtudiô & labore Vieta nihil aliud aſſecutus eſt, quam quod Clemens VIII. eum ſummæ impudentiæ accuſarit, & Kalendarium, quod propoſuerat, tanquam plenum erroribus, & Gregoriano planè contrarium atrô carbone notaverit, & prohibuerit inſimul, ne de cœtero contra dictum Kalendarium aliquid objiciatur aut confingatur. Quæ

 omnia

omnia in Bulla anno Chriſti 1603. D. XVII. Martii Romæ publicè affixa, legi poſſunt.

§ 18. Quare cum nec omnibus Pontificiæ religioni addictis Kalendarii emendatio Lilio-Claviana placuerit, quos vel ſola Pontificis autoritas ad cœcam quandam obedientiam, qualem Pontifex è ſuis exigere ſolet, ne hiſcerent quidpiam, obligare debuiſſet, mirum non eſt, Sacris Romanenſium non addictos Liberius locutos, & monſtroſum Papæ fœtum abominatos eſſe. Atq; ut de Exoticis Chriſtiani orbis incolis primùm dicamus, non obtinuit in Græcia Pontifex, quod intendiſſe videtur, retenta enim ibidem eſt antiqua anni forma, neglectâ Gregorianâ emendatione. Placet de hac re audire *Chriſtophorum Angelum*, Græcum, Peloponneſo oriundum, qui hoc ſeculo in Anglia Exul mortem obiit; Ita autem ille in Tract. de Stat. & Rit. Eccleſ. Græcæ c. XLII. *Paſchatos Feſtum Græci juxta Conſtitutionem antiquam plurimis de cauſis celebrant. Prima cauſa eſt, ne feſtum hoc uno eodemq; cum Judæis tempore celebrent, neve prius quam Judæi, Paſchatis feſtivitatem agitent: quemadmodum quidem recens definitum Paſchatis feſtum aliquando Feſtum Judæorum præcedit, aliquando in ipſum eorum Paſcha incidit. Secunda ratio eſt, quia ſanctum & Oecumenicum Concilium Nicænum primum ait: Si quis Paſchatos Feſtum vel antequam Judæi, vel quando Judæi id obſervant, celebrat, is ab Eccleſiæ Conſortio removendus eſt. Tertia, qui ingens prodigium prope fluvium Nilum & Cayrum contingit, ubi terra corpora mortua protrudit. Incipit verò terra illa cadavera projicere die quinta, quæ magna vocari ſolet, h. e. in qua Chriſtus cœnam myſticam inſtituit, & cadavera illa ſingulis diebus quidem ejicit, usq; ad ipſum diem aſſumptionis, h. e. usq; ad diem, qua Chriſtus in in cœlos aſcendit, vel usq; ad quadrageſimum diem poſt Paſcha, quo elapſo terra quoq; cadavera protrudere deſinit. Miraculi verò hujus conſcientiam debemus commemorationi Turcorum & Græcorum, qui loca illa frequentant, nec non adoratoribus;*

qui

qui miraculi bujus ſpectandi gratia ab ipſis Hieroſolymis ad hæc loca ſeſe conferunt. Obſervatum autem eſt, miraculoſum hunc actum ſemper eo tempore contingere, quo Paſcha ſecundum antiquam minimè autem, quo ſecundum noviter introductam conſvetudinem celebratur. Decrêrant quidem Græci aliquando, ante viginti puta annos, Paſcha celebrare tempore recens approbato; verum tum nulla corpora mortua terram protrudere animadvertebant. Adhæc, nec ſacra illa lux, quæ tempore Paſchatos à veteribus conſtituto, circa ſepulchrum Chriſti ſeſe conſpiciendam præbere aſſolet, tum lucere voluit. Græci itaq; antiqvum Paſchatos tempus præſtolabantur; quo advenante & lux ſacra fulſit, & terra, ſolito annuatim more, corpora produxit. His viſis Græci Paſcha ſuum illo ipſo tempore obſervarunt, dicentes, En videte, ipſe Deus, *intento quaſi digito verum Paſcha nobis deſignat. Nequaquam igitur, quod humana dictitet Sapientia, magnopere cumbimus.*

§. 19. Enimverò plures & graviores cauſas Proteſtantes habuerunt, ob quas *Kalendario* novo asſveſcere noluerunt. Ut de rationibus, quas à Theologis quibusdam urgebantur, taceam, e. g. quod cum libertate Chriſtiana & Apoſtolica doctrina pugnet, judicari nos à Pontificiis in diebus feſtis, quemadmodum è Col. 2. patet. Item quod Anti-Chriſti character ſit, hujusmodi immutationem moliri, ita enim prædixit S. Daniel c. VII. 25. *Verba adverſus excelſum loquetur, ac Sanctos altiſſimi deteret; adeò ut cogitet, ſe mutaturum tempora & Jus &c.* Item, quod plerisq; vaticiniis impletis inſtare videatur extremi judicii dies, quamobrem nunc demum *Kalendarium* corrigere velle, præpoſterum ſit conſilium. Sed de his & multis aliis argumentis, quæ à Theologis adducebantur, non dicam, acturus unicè de rationibus nonnullis quibus Politici & Aſtronomi receptionem *Kalendarii* novi disſvaſerunt, ita tamen, ut non omnes adducam, ſed brevitatis ſtudio ex innumeris paucisſimas tantum.

§. 20. Primò itaq; non immeritò Reges & Principes offendebat, Pontificem hanc poteſtatem ſibi ſumere, incolis alieni territorii, & in quos nullum omninò jus habebat, mandandi, & leges præſcribendi, atq; ita Majeſtatum officia invadendi, imò easdem contumelioſè tractandi: ita enim verba habent Bullæ Pontificiæ: *Tollimus autem & abolemus omninò Vetus Calendarium, volumusq; ut omnes Patriarchæ, Primates, Archi-Epiſcopi, Epiſcopi, Abbates & cæteri Eccleſiarum Præſides, novum Calendarium, pro divinis officiis recitandis & feſtis celebrandis in ſuas quisq; Eccleſias, Monaſteria, conventus, ordines, militias & diœceſes introducant, & eo ſolo utantur tàm ipſi, quàm cæteri omnes Presbyteri & Clerici Seculares, & Regulares utriusq; ſexus, nec non milites & omnes Chriſti fideles, &c.* Mandat item longinquas regiones incolentibus, ut cum primùm literas Pontificis acceperint, mutationem Kalendarii ad præſcriptum modum inſtituant. Credo quod per regiones longinquas Indias quoq; intelligat, quas cùm *Alexander VI.* bipedum nequisſimus, inter Luſitanum & Caſtellenſem Regem, diviſiſſet, re intellectâ, mirabatur *Atabalipa*, quis eſſet ille veſanus Pontifex in Europa, qui ridiculo auſu daret aliis, quæ ſua nunquam fuiſſent. Tandem concludit: *Pro data autem nobis â Domino auctoritate hortamur & rogamus chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Rudolphum, Romanorum Regem Illuſtrem, in Imperatorem electum, cæteros Reges, Principes, ac Reſpublicas; IISDEMQVE MANDAMUS &c.* Satis pro Imperio & ut Monarcha totius orbis loquitur Pontifex, cui ob tyrannidem hanc obviam eundum eſſe non immeritò cenſebat, *Illuſtriſſimus Heſſorum Princeps Wilhelmus*, is enim ſummæ non ſolum ob prudentiam & animi æquitatem inter Proteſtantes auctoritates, ſed ob raram in tantæ dignitatis Viro harum rerum peritiam à *Sereniſſimo Saxoniæ Electore Auguſto, Glor. Mem.* conſultus, reſpondiſſe dicitur: In hoc negotio Cæſaris & Sacri Imperii auctoritatem & exiſtimationem verti, quam cum indies Pontifex

tifex dolis ac machinis convellere nitatur, non committendum eſſe, ut ipſi rem ad ejus dignitatem atq; adeò Majeſtatem tantoperè pertinentem neglexiſſe videantur. Vid. Thuan. Lib. LXXVI.

§. 21. Atq; in hoc negotio nihil omninò magis miror, quam Pontificios Scriptores quosdam & inter hos *Paulum Guldinum* præcipuè, ad hunc temeritatis gradum proceſſiſſe, ut ad omnium gentium & ſæculorum conſvetudines provocare & exinde concludere audeant ad Pontificem Romanum ſpectaſſe *K*alendarii ordinationem, ideò quod gentes ratione naturali, Chriſtiani verò etiam ab ipſis Apoſtolis, primisque primitivæ Eccleſiæ Patribus edocti, curam hanc Eccleſiaſtico Magiſtratui unicè demandarint, quod certè mendacium eſt apertiſſimum; Quæſo enim, quis primus autor fuit *K*alendarii Juliani? Certè Julius Cæſar, cujus etiam nomen refert, & de quo *Svetonius* teſtatur: *Converſus hinc ad ordinandum Reipublicæ ſtatum, faſtos correxit, jam pridem vitiò Pontificum per intercalandi licentiam adeò turbatos, ut neq; meſſium feriæ æſtati, neq; vindemiarum autumno, competerent, Annumq; ad curſum ſolis accommodavit, ut trecentorum ſexaginta quinq; dierum eſſet, & intercalariò menſe ſublatò, unus dies quarto quovis anno intercalaretur, &c.* Non me fugit, quod excipiant Romanenſes, Julium Cæſarem Kalendarium immutaſſe, non Imperatoriâ, ſed Pontificiâ, autoritate; & negari minimè poteſt, Cæſarem hâc dignitate polluiſſe; ita enim idem Svetonius: *Depoſitâ Provinciæ ſpe, Pontificatum maximum petiit non ſine profuſiſſimâ largitione. In qua reputans magnitudinem æris alieni, cum mane ad Comitia deſcenderet, prædixiſſe matri oſculanti fertur, domum ſe niſi Pontificem non reverſurum. Atq; ita potentiſſimos duos competitores, multumq; & ætate & dignitate antecedentes, ſuperavit, ut plura ipſe in eorum tribubus ſuffragia, quam uterq; in omnibus tulerit.* Cœterùm an Imperatoriâ an Pontificiâ autoritate Cæſar faſtos correxerit, ex iis verbis innoteſcit: *CONVERSUS*

AD

AD REIP. STATUM, FASTOS CORREXIT. Itaq; ut Reipublicæ præerat correctionem *K*alendarii adornavit Cæſar, non ut ſacra gentilitia curabat. Accedit ad hæc, quod intercalatio quidem annua Pontificium munus fuerit, *K*alendarii autem omnimodam immutationem ad eosdem ſpectaſſe, unde Pontificii probabunt? Sed nec ſolus Cæſar *K*alendarii curam ad ſe, ut Majeſtate præditum, ſpectare, facto hoc demonſtravit, ipſe enim urbis fundator Romulus decimeſtrem annum, regiâ autoritate, primis urbis incolis propoſuit. Numa Pompilius duos menſes addidit, ad curſum Lunæ in duodecim menſes deſcribens annum, uti *Livius* loquitur. At hos omnes diu ante Pontificum tempora vixiſſe in aprico eſt, cum Pontificum vox eo demum tempore apud Romanos innotuerit, quô Ancus Martius IV. Romanorum Rex pontem ſublicium Janiculum cum urbe jungentem, ê ſolis lingvis ſine ære & ferro conſtruxit, quem Romani Sacrum exiſtimarunt; ejusdemq; curam quibusdam principibus viris commendarunt, qui ob id Pontifices appellati ſunt, uti *Dionyſius Halicarnaſſæus* Antiquit. Rom. L. III. hoc recenſet. Similiter de Auguſto conſtat, correxiſſe eum vitia, ab intercalatoribus in anno Juliano commiſſa. Cum enim quarto quovis annô completô, neglectus 6. horarum annus unum diem conficiat, erroneè prorſus poſt exceſſum Julii Cæſaris quartô quôvis annô currente intercalatum eſt. Auguſtus itaq; Cæſareâ autoritate ſtatuit, duodecim annos, qui ſextum ante æram vulgarem proximè ſequerentur, absq; intercalatione transmittendos eſſe, ut tres dies, qui ê præcipitata intercalatione inſerti erant, eximerentur. Sextilem etiam menſem Auguſtum ex Senatus conſulto nominavit, quæ omnia, *Dio Caſſius, Suetonius, Macrobius*, & alii prolixiùs recenſent. Quamobrem pudeat Jeſuitas evidentiſſimæ ἀνιστορησίας, quam Hyperaſpiter Clavii Guldinus commiſit, dum ſcribere non eſt veritus: *Gentes ratione naturali edocti curam hanc Eccleſiaſtico Magiſtratui unicè demandarunt.*

§. 22. Autem

§. 22. Aurem mihi vellicare videtur *Guldinus* & urgere exceptionem aliam: *In forma Calendarij* (verba ſunt Pauli Guldin.) *cum nos Chriſtiani nequaquam gentes, tanquam perfectum aliquod exemplar, imitandas nobis proponamus, eidem conſvetudini diutius inhærendum non eſt, ſed quod magis ad rem noſtram facit, mos Chriſtianorum potior expendendus.* Condonemus ergò priorem errorem Antagoniſtæ, cum petiiſſe veniam videatur, & videamus an denuò ad fabulas quas mente concepit, provocet, an hiſtorias ſcribat. Parum equidem immorabor controverſiæ iſti, quæ de origine feriationis diei Dominicæ inter partes agitatur, ad quas ſyrtes Jeſuita nos primùm abducere conatur, ſive enim ab Apoſtolis ipſis, ſive à viris Apoſtolicis, ſive ab aliis feſtum hebdomadicum è feria ſeptima in feriam primam translatum ſit, parum id Pontificios juvabit, cum inter eosdem atq; nos de eo controverſia non ſit, cui feſtorum indictio competat, ſub Magiſtratu Ethnico & à Chriſtianorum Sacris alienisſimo. Neq; deſunt, qui ob mandatum quoddam Chriſti ipſius feriæ ſeptimæ celebritatem abrogatam & primæ ſubſtitutam eſſe putant, quod quamvis expreſsè nullibi legatur, ex eo tamen illud colligunt, quod praxi Apoſtolicâ, beneficiis Chriſti confirmatâ, dies Dominica feriata fuerit, Joh. XX. 19. 26. Actor. XX. 7. Apoc. I. 10. 1. Cor. XI. 20. unde Sancti Martyres ſangvine ſuo diem hunc obſignarunt: Quæſiti enim Martyres, *Servaſti Dominicum?* Reſponderunt, *Chriſtianus ſum, non poſſum intermittere.* Hoc unum certum eſt, ſolius Pontificis Romani autoritate, inſignem hanc feſti hebdomadici mutationem factam non eſſe, cum ejusdem in Hiſtoria Sacra obſervemus veſtigia, priusquam Petrus Romam venit, ſi modo unquàm Romæ fuit.

§. 23. Ut impertinenter ad diei Dominicæ inſtitutionem in hac cauſa Guldinus provocavit, ita æquè infeliciter ex antiqua hiſtoria probare nititur. Kalendarii reformationem ad Romanum Pontificem ſpectaſſe, idq; ideò, quia Pontifices Romani *Pius, Anicetus, Soter, Eleutherius & Victor* de

tempore, quo Paſcha celebrandum ſit, præceperint, ac diſpoſuerint. Primò enim horum Epiſcoporum temporibus, illi qui Majeſtatem gerebant à Chriſtianiſmo alieni erant, unde ſubditos fideles infidelis Magiſtratus, de iis quæ ad Religionem ſpectabant, proſpicere oportebat. Secundò non ob Pontificis Romani autoritatem fideles ejus temporis, qui Romæ erant, Paſcha die Dominico celebrarunt, ſed ob autoritatem Petri & Pauli, quam prætendebant. Tertiò, de Pontificibus, quos hic allegat Jeſuita, uniformiter ſtatuendum non eſt; quamvis enim omnes non ſolum Romani, ſed etiam reliqui Occidentis Epiſcopi Paſcha die Dominico celebrandum eſſe ſtatuerint, nemo tamen ante Victorem ſub anathematis pœna illud promulgabit, quod diſertè *Irenæus* docet, in Epiſtola ad Victorem data, quam Euſebius L. V. Hiſtor. Eccleſ. cap. XXIV. recenſet, *Presbyteri ante Soterem*, Irenæi verba ſunt, *qui Eccleſiæ, cui tu jam præes, præficiebantur. Anicetum dico, Pium Hyginum, Teleſphorum, Sixtum, licet neq; ipſi hoc feſtum eo die, quo Epiſcopi Aſiæ obſervarent, neq; aliis poſt ſe ita obſervare permitterent, nihilominus tamen cum Epiſcopis illarum Eccleſiarum, in quibus ita obſervabatur, ad ſe accedentibus, pacem inter ſe & concordiam perpetuò retinuerunt, ac nunquàm propter varium illius feſti obſervandi modum, fuere ulli aliquando ab Eccleſia ejecti: ſed Presbyteri illi, qui anteiverunt ætate, tametſi minimè illud ita obſervabant: his tamen Epiſcopis, qui in aliis Eccleſiis idem ſic obſervabant, Euchariſtiam miſerunt, &c.* Pudeat ergò Pontificios ad Victorem, cujus tyrannis notoria fuit, provocaſſe, unde iterum *Euſebius* recenſioni fulminis Pontificii ſubjungit: Ἀλλ' ȣ̓ πᾶσίγε τοῖς Ἐπισκόποις ταῦτ' ἠρέσκετο. ἀντιπαρακελεύονται δῆτα αὐτῷ τὰ τῆς εἰρήνης καὶ τῆς πρὸς τȣ̀ς πλησίον ἑνώσεως καὶ ἀγάπης φρονεῖν. Φέρονται δὲ καὶ αἱ τȣ́των φωναὶ, πληκτικώτερον καθαπτομένων τȣ̃ Βίκτορος. *Verum iſta cæteris omnibus parùm placebant Epiſcopis. Illum igitur contra magnoperè adhortabantur, ut pacis, concordiæ & charitatis erga proximos diligentem curam haberet. Quorum verba,*

utpote

utpote Victorem acrius & acerbius coarguentium ſcriptis prodita adhuc extant &c.

§. 24. Summa verò Jeſuitarum impudentia eſt, ex iis, quæ in Concilio Nicæno de Paſchate ſancita ſunt, eam probare ſententiam, quâ ſtatuitur, Pontifici Romano competere jus illud mandandi Imperatori & Regibus & Principibus, ut Kalendarium novum recipiant. Annon enim omnia, quæ in Concilio Nicæno decreta eſſe legimus, Imperatoriâ autoritate geſta ſunt? Certè Conſtantinus Magnus, Gl. mem. non Sylveſter, vel ullus alius Pontificum Romanorum Patres ad Concilium vocavit, quod adeò clarum eſt, ut *Bellarminus* illud diffiteri non audeat, cujus L. I. de Conciliis cap. XIII. videri poteſt. Ab eodem Auguſtiſſimo Imperatore, non à Pontifice Romano, literæ decretales ad Eccleſias datæ ſunt, & inter has prolixa ſatis, in qua de Paſchate fertur judicium, quam *Euſebius* de vita Conſtant. L. III. c. XVI. & XVII. *Nicephorus* L. VIII. c. 19. & alii recenſent. Uti autem quid poſtremus ſeculis, quando Pontificiorum impietas ad ἀκμὴν quaſi pervenerat, factum ſit, parum curamus, ita Guldinum non decebat in Hiſtoria illa, quâ emendationis temporum recenſet Autores, omittere *Carolum Magnum*, à quo devicti Germani, illud, quô hucusq; uſi ſunt, Kalendarium acceperunt, itemq; menſium juxta patriam lingvam nomina, cum ante id tempus apud Francos partim Latinis, partim barbaris nominibus appellarentur, uti *Eginhardus* ſive *Einhardus, Caroli M. Imperat. notarius & tandem Gener* de Vita & Geſtis Caroli M. refert.

§. 25. Oſtendimus hucusq; vanam eſſe Pontificiorum jactantiam, quâ aſſerunt, Kalendarii correctionem munus pontificis Romani omnibus ſeculis fuiſſe, recenſendæ quidem & vindicandæ eſſent cauſæ reliquæ, ob quas Reges, Electores & Princpes quidam Computum Gregorianum recipere noluerunt, attamen cum pagellæ hæ jam antea excreverint ſatis, unicum hoc addo, Romanenſes, dum Kalendarii ſui receptionem in regionibus Proteſtantium urſerunt, frontem omninò perfricaſſe; Ipſe enim Pontifex Gregorius in Bulla ſua ſcripſit: *Rem, quæ omnium communis eſt, communi etiam omnium*

conſilio perficiendam fuiſſe. Quod ſi ergo Calendarium Novum Proteſtantibus quoq; commune eſſe debuit, quare conſilia eorundem non poſtulavit? & quanta quæſo hæc ſunt mendaci : *Gregorius ſecutus eſt in hoc negotio correctionis totius orbis Chriſtiani conſenſum*, quæ verba in fine Compendii novæ rationis reſtituendi Kalendarium, leguntur: *Illud unum dico, nullum fuiſſe Chriſtiani Orbis regnum, nullam Provinciam, nullam urbem, nullam Academiam, nullam paulò nobiliorem, quæ tantam rem ſapientiſſimè ac feliciſſimè perfectam eſſe non faterentur, & quæ divinitùs propemodum excogitatam corrigendi Calendarij rationem omni contentione amplectendam non cenſeret*, quibus verbis Clavius in Præfatione Tom. V. utitur. Certè qui tam craſſa in vulgus ſpargunt mendacia, eorum dicta reliqua non immeritò abſona fidei cenſentur.

§. 26. Tandem ut demonſtremus prolixè adverſus motus aſtrorum leges multifariam erraſſe correctores, opus non eſt. Fatetur hoc *Clemens VIII.* quando in Bulla Tom. V. Oper. Clavii præfixa ſequentia ſcribit: *Nec mirandum eſt, quod Cyclus noſtrarum Epactarum in dies Calendarij diſtributus interdum in Noviluniis, ac Lunis XIV. Paſchalibus NON OMNINO CUM MOTIBUS COELORUM CONSENTIAT, cum hoc in omni Cyclo neceſſariò eveniat, ſatisq; ſit, quod ERROR HIC, qui vitari nequit, multò rarior deprehendatur in novo hoc Calendario, quam in ullo alio.* Mirandum omninò eſt homines ſanos ita ineptire potuiſſe, ut Calendarium, quod cum motibus cœlorum non conſentit, in quo error deprehenditur perfectum, perpetuumq; jure optimo dictum inſcribere auſi ſint. Mirandum eſt, eos, qui ſe Mathematicos jactitant, à Pontifice viri harum rerum peritisſimi vocantur, quos à ſumma diligentia & ſedulitate commendat Clemens, motus aſtrorum leges ignoraſſe, & cyclos adhibuiſſe, quos ſciebant vitioſos eſſe. Quæſo quot Plenilunia Paſchalia è tabulis cœleſtium motuũ ſine uſu fallacium cyclorum Paraſiti iſti, per decem integros annos, quibus eoſdem Romæ aluit Gregorius, computare potuiſſent, ſi mediocrem ſaltem diligentiam

gentiam

gentiam adhibere voluiſſent, ita evitaſſent errores, de quibus Pontifex inſulsè ſcribit, quod vitari non potuerint. Clarius adhuc *Jeſuita Clavius*, quod dixi antea fatetur, quando ad Mœſtlinum ſcribit: *Si Calendarium Gregorianum denuò oppugnare vis, atq; evertere, demonſtrandum tibi erit, in eo alios ERRORES PRÆTER QUATUOR reperiri.* Quid eſt confitentes habere reos, ſi hoc non eſt? Quid dicam de ingenti ſcandalo, quod ſuis hominibus Pontificii dederunt, quando anno 1609. itemq; anno 1622. Paſcha unà cum Judæis & ſecundum ritum veterum Quartidecimanorum, quem Patres Concilii Nicæni vehementer deteſtati ſunt, celebrarunt: Non equidem me fugit, *Paulum Guldin.* in Refutatione Elenchi Calendar. Gregor. Lib. III. c. VI. calumniam hanc vocare, quod Calendarium Gregorianum Paſcha cum Judæis præſcribat. Sed clara res eſt, brevitatis cauſa argumentor: Quicunq; Paſcha ipſo die Plenilunii, quod æquinoctium vernum proximè ſequitur, celebrarunt, illi contra ſententiam Veterum & imprimis Concilii Nicæni Paſcha cum Judæis & Quartadecimanis celebrarunt. Major hæc patet ex numeris veterum teſtimoniis, quæ in Diatribe Paſchali Petri Crügeri copiosè adducuntur. Atqui Pontificii ad præſcriptum Calendarii Gregoriani anno 1609. & anno 1622. Paſcha ipſo die Plenilunii, quod Æquinoctium vernum proximè ſecutum eſt, Paſcha celebrarunt. (Minorem hanc calculus comprobat) Ergò Pontificii ad præſcriptum Calendarii Gregoriani anno 1609. & 1622. Paſcha unà cum Judæis & Quartidecimanis contra ſententiam veterum & imprimis Concilii Nicæni, celebrarunt. ὅπερ ἔδει δεῖξαι. Nequaquam igitur calumniosè, ſed verè *Calviſius* ſcripſerat: *Pontifex ipſe Romæ obſtupuit, quando vidit Judæos Chriſti interfectores in Paſchate agendo ſuos eſſe collegas.* Cæterùm errores adverſus Aſtronomiam à Correcturibus commiſſos prolixius examinandi alia forſitan dabitur occaſio. In præſenti finimus & dicimus.

SOLI DEO GLORIA!

AMator Ordinis Creator præpotens
Non abſq; Termino creavit omnia;
Cuiq; Temporis modum dedit ſuum.
Ut annotemus hunc locavit Lumina
Superne ſiderum, jubens attendere
Curſus eorum, queis dies determinant
Menſes & annos, ut ſciamus ordinem
Servare debitum ſacris in ritibus.
Sed illa Papæ num poteſtas tradita
Sit, feſta Computo novo diſponere?
VIR CLARE diſputas, probasq; firmiter
Non eſſe ſolius penes Papæ ſitum
Arbitrium, ſacros dies ut ordinet.
Idcircò gratulor Tuo conanimi,
Precorque Nominis decus quo ſplendeat!

Eruditiſſimo Dn. M. Reſpondenti, Convictori
& Amico ſuo dilectiſſimo apprec.

PRÆSES.

Ad Clariſſimum
Dn. M. FRESIUM ſuum.

DUm vacua, FRESI, charta poſtulet metrum
Tua, vellem opimos inchoare ſermones,
Et digna quædam noſtro amore moliri.
Sed præter illud, quod Poëticum limen
Non usq; calco, tempus invidum verſus
Evertit omnes, deviam trahens curam.
Cape igitur, uſtis digitulis quod efformo
Properatum opus, piâq; mente deprompta
Ne vota temne. Summus annuat cœptis
Tuis Olympi Rector, ut coronato
Tandem labore præmia ampla deportes!

ſcrib. feſtinans

M. Balthaſar-Johann. Pichtl,
Facult. Phil. Adjunct.